



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Approbatio R[di] A[dm.] P.M.F. Didaci de Campo ex Ordine D. Augustini,  
Qualiticatoris Generalis Inquisitionis, nec non in Archiepiscopatu Toletano  
Examinatoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

## APPROBATIO

R<sup>di</sup> A<sup>dm</sup>. P. M. F. Didaci de Campo ex Ordine D. Augustini, Qualificatoris Generalis Inquisitionis, nec non in Archiepiscopatu Toletano Examinatoris.

**E**X commissione D. Ioannis de Velasco, & Azevedo, Vicarij Generalis in hac aula Regia, vidi Cantica inter animam & Iesum Christum Dominum, quibus Religiosissimus P. F. Ioannes à Cruce sui spiritus vigore, spiritibus nostris voluit imprimere communicationem cum Deo, opus sane tanto viro dignum, quodque ad sæculi huius reprobem inflammandum sufficiat. apud S. Philippum Matrisi, die 22. Decembris 1618.

Fr. Didacus de Campo.

## CENSURA

A<sup>dm</sup>. R. P. Magistri F. Francisci de Araujo Ordinis Prædicatorum Primæ Cathedræ Theologiæ Moderatoris in celeberrima vniuersitate Salmanticensi.

**E**gi opera spiritualia à V. P. F. Ioanne à Cruce Primo Carmelita Discalceato composita, in quibus nullam propositionem reperio non Catholicam, & quæ Theologiæ Scholasticæ Sanctorumque Patrum doctrinæ conformis non sit, (tantum abest, vt Illuminatorum hæreticorum doctrinæ cõsentiat) tametsi ex eo quod non omnes Theologiæ Mysticæ terminos, ac phrasas intelligant in causa sit, vt in ea parum versatis quodammodo discrepare videantur ab illa. Cæterum quod Mystica hæc Theologia, sit sapientia secreta & abscondita, prout ipsemet Author docet lib. 2. c. 8. Ascensum mirum non erit, si non omnes illius phrasas percipiant: nec idcirco fas erit illas improbare: Quemadmodum licet sacræ Scripturæ Parabolæ arcanum veritatis Mysterium insipientibus & minus dignis celent, non propterea, tanquam inuiles. & veritati repugnantes eas reprobare licet, vt ait D. Thom. p. 1. c. 1. ar. 9. ad 2. & ipsa etiam occultatio figurarum vtilis est ad exercitium studiosorum, & contra irrisiones infidelium, de quibus S. Matih. 1. Nolite sanctum dare canibus &c. quas merito Salomon Prou. 25. iuxta Galatini versionem appellauit, mala aurea in camellaturis argenteis, verbum dictum secundum ambas facies, nam sicut in istis desiderio tantum cernitur aurum, ita in parabolis, verus sensus difficile cognoscitur, quod idem euenit in Mysticis locutionibus: nisi forte dicamus, Theologis rite dispositis esse lapidas: Quorum Scholastica Theologia

†† 3

gia

B.  
Ioannis  
à Cruce

Opera  
mystica

NVI  
129